CHRONICON. MARSILIUS DE PADUA. IOHANNES VICTORIENSIS
Anfang 15. Jh. Seite 21r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





| Ante dni | Pontifices | psederit | |
|---|---|---|---|
| 33 | Petrus | 36 m 7 d 8 | Hic Petrus Aplorum princeps filius Johannis provincie gallilee de vico Bethsayda frater Andree anno sequenti post passionem domini sacerdotalem kathedram tenuit in partibus orientis annis quatuor ubi primam missam celebravit dicendo solummodo pr noster. Deinde venit Anthyochiam ubi presedit annis septem Inde venit Romam ubi annis 24 mensibus 7 diebus 8 pontificatum tenuit hic duabus eplis et evangelio marci scriptis sub Nerone crucifixus martirio coronatur xl^{ta} instituit. |
| 64 | Linus | 11 m 3 d 13 | Hic Linus ytalicus nacione secundum quosdam qui de Romane ecclesie kathedra diligencius perscrutati sunt Non ut pontifex sedit sed summi pontificis coadiutor fuit Cui beatus Petrus in vita sua ecclesiasticarum rerum dispensacionem commisit Propter quod Romanorum pontificum cathalago annotari meruit |
| 80 | Cletus | 11 | Hic Cletus nacione Romanus et Linus non ut pontifex sedit sed summi pontificis coadiutor fuit qui et vice merito et dispensacionis officio pontificum Romanorum cathalago annotari meruit |
| 91 | Clemens | 9 m 2 d 10 | Hic Clemens Nacione Romanus a beato Petro cuius discipulus fuerat summus pontifex ordinatur qui tamen Linum et Cletum ante se pontificari coegit Et sic post Petrum per ordinacionem extitit primus per gradum vero extitit tercius. hic deo et hominibus graciosus Trayani temporibus martirio coronatus est |
| 100 | Anacletus | 9 m 2 d 10 | Hic Anacletus Nacione Grecus iuxta quod Damasus papa scribit Beato Jeronimo. |